



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiarvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

De ætate & statura resurgentium. A.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

*i. Thess. 4.  
super illud.  
Hoc enim  
vobis dici-  
mus in re-  
sponsione ad  
3. q. to. 3.*

tabimur, sc. in solennitatē resurrectionis. De hoc etiam Amb. ait. In ipso raptu eorum, qui viui reperientur, mors erit & resurrectio, ut anima qual per soporē egressa de corpore, eidem in momento reddatur. Cōtra verò scribēs ad Marcellam Hiero testari videtur, dicēs, quosdam in fine seculi adueniēte Christo non esse morituros, sed viuos reportos in mortalitatē repente mutandos. Horum autē quid verius sit, non est humani iudicij definit.

*Quomodo intelligitur Christus iudex viuorum &  
mortuorum.*

*Aug. in En-  
chir. c. 55. in  
princip.*

His autem adiiciendum est, duplice intelligi quod dicitur Christus iudicaturus viuos & mortuos. Aut enim viui accipiuntur, qui in aduentu eius viui reperientur, licet in raptu moriantur: & mortui, qui ante decesserant: vel viui & mortui accipiuntur, iusti & iniusti.

*Quomodo omnes incorrupti.*

Cumq; ex prædictis sanè credi valeat omnes resurrecturos, credendum est etiam, quod omnes resurgent incorrupti: non vtiq; impassibiles, qui reprobi mortem patientur æternam, sed sine diminutione membrorum omnia humani corporis habituri membra, nec tamen gloria ac spe impossibilitatis induentur.

#### DE ÆTATE ET STATVRA RESVRGENTIVM.

#### DISTINCT. XLIV.

*Ephes. 4. c*

Solent autem nonnulli percontari & querere, an in eadem ætate & statura corporis omnes resurrecti sint? Quidam putauerunt omnes resurrecturos secundum mensuram ætatis & statur Christi: ideo quia Apost. ait, Donec occurramus omnes in virum perfectum, in mensuram ætatis & plenitudinis Christi. Sed his verbis non eadem resurgentibus assignatur statura, sed ætas. Omnes enim in eadem ætate resurgent, in qua Christus mortuus est & resurrexit, cui uscunq; ætatis mor-

tu fuerint. Virum a. posuit, non ut distingueret se-  
xum, sed ut significaret perfectionem virorum,  
quam tunc habebunt: sed non omnes eandem sta-  
turam corporis obtinebunt. Vnde Aug Non ait in *In lib. de Cr-*  
*mēsuram corporis vel staturæ, sed ætatis: quia v-*  
*nusq[ue] s[ic] suam recipiet mēsuram corporis, quam*  
*vel habuit in iuuentute, etiā si senex obiit, vel fue-*  
*rat habiturus, si ante est defunctus. Ætas vero erit*  
*illa, ad quam peruenit Christus, scil. iuvenilis, ut*  
*circa 30 annos. Triginta n. duum annorū & trium*  
*mensium erat ætas Christi, in qua mortuus est, &*  
*resurrexit. Non est autem fas dicere, quod in re-*  
*surrectione accedat corpori magnitudo, quam*  
*nec habuit hic, nec erat habitum diu viuendo:*  
*nec maiora corpora redigenda sunt ad modum*  
*dominici corporis. Periret n. multum de illis cor-*  
*poribus, cum nec peritus sit capillus, ut ait Do-*  
*minus. Capillus de capite vestro non peribit.*

*In lib. de Cr-*  
*uitate Dei.*  
*lib. 22. c. 15.*

*Lucas 21.*

*Aug. in Ena-*  
*chir. c. 88.*

*Ibid. conti-*  
*nud. c. 89.*

Non enim perit Deo terrena matières, de qua  
mortaliū creatur caro: sed in quemlibet pulue-  
rem cinerem ve solviatur, in quoslibet halitus au-  
taſq[ue] diffugiat, & in quancunq[ue] aliorum corporum  
substantiā, vel in ipſa elementa vertatur, in quo-  
rumcunq[ue] etia n animalium vel hominum cibum  
carnemq[ue] mutetur, illi animæ in puncto temporis  
redit, quæ illam carnem primitus ut homo fieret,  
cresceret, viueret, animauit. Ipsi ergo terrena ma-  
teries, quæ discedente anima fit cadaver, non ita  
in resurrectione reparabitur, vt ea, quæ dilabun-  
tur, & in alias atque alias rerum species vertun-  
tur: quamuis ad corpus redeat vnde dilapsa sunt:  
ad easdem quoq[ue] corporis partes ubi fuerunt, re-  
dire necesse sit. Alioquin si capillus redit, quem  
tam crebra tonsura detraxit: si vnguis, quos  
totiens depresso exactio immoderata & inde-

M m m 4

sens,